



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

438. Exemplar epistolæ quam formatam vocant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Numerant autem ita. mia , dia , tria , tesse-
ra , pente , exa , epta , ogda , nea , deca , icosi ,
triepta , serenta , nirenta , exenta , ebdominta ,
ogdominta , enneminta , ecaton , diacos , te-
tracos , pentacos , exacos , ebdacos , ogdacos ,
ennacos , &c. [*Ista sunt valde corrupta. Sed*
cum facile sit illa corrigere , nihil mutare vo-
luimus.]

Exemplar epistolæ formatæ.

Ivo par. 6.
c. 434.

C C C C X X X V I I I . In nomine n. Pa-
tris & r. Filij & a. Spiritus sancti. Rathbodus
sanctæ Treverensis Ecclesiæ ac plebis ipsius
humilis famulus Rotberto reverendo sanctæ
Metensis Ecclesiæ antistiti , in Christo palto-
rum principe mansuram cum gaudio prosperi-
tatis ac perpetuitatis glotiam. Decreta san-
ctorum trecentorum decem & octo patrum
Nicææ constitutorum saluberrima servantes,
Deo dignam piämque fraternitatem vestram
canonicè adgredimur , & sub nomine formatæ
epistolæ reverenter vestram sanctitatem adi-
mus , vobis scilicet intimando quia præsenti
Presbytero nostro nomine Gislemaro has
missorias dedimus litteras , quem in nostra
diocesi ecclesiastice edicatum , de ordine cle-
ricatus ad presbyteratus proveximus gradum,
ut his canonicis munitis apicibus cum nostra
licentia ei in vestra parrœchia sub defensione
ac regimine vestre caræ dilectionis degere li-
ceat ; illūmque in sinu sanctæ matris Ecclesiæ
canonicè fovendum ac regendum vobis com-
mittimus. Hanc ergo epistolam Græcis litteris
hinc inde munire decrevimus , & anulo Ecclæ-

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 197
sæ nostræ bullare censuimus. Christus pasto-
rum princeps interventu beati Petri , cui spe-
cialiter ovile dominicum commissum est , fra-
ternitatem vestram ad custodiam sui gregis
dilectæ nobis conservet incolumem. Amen. π. υ.
A. Π. P. O. C. Υ. Θ. AMHN. Summa horum
M D X X X I X. Data Treveris Idib. Octob.
anno dominicæ incarnationis D C C C C V I.
Indictione nona. π. υ. A. Π. Δ. P. Δ. Θ.

Item alia epistola.

CCCCXXXIX. Reverentissimo & Ivo par. 6.
sanctissimo Rathbodo sanctæ Treverensis Ec-
clesiæ Archiepiscopo Dado Vvirdunensis Ec-
clesiæ devotus gregis Christi famulus in Do-
mino vero Rege summæ felicitatis beatitudi-
nem. Cùm sancta catholica Ecclesia prompta
sit sequi documenta evangelica , quæ dicunt:
*Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mer-
cedem Prophetæ accipiet : & qui recipit justum*
¶ & Apostolus jubeat hospitalitatem secta-
ri & necessitatibus sanctorum virorum com-
municare ; tamen * qui cauteriatam habent
suam conscientiam , dicentes se esse simplices,
cùm sint astutia diabolica repleti , & pro opere
pietatis dicunt se de loco ad locum transfire,
cùm sint sua malitia faciente fugitivi , & di-
cunt se esse ministerio sacro insertos , cùm non
sint , statutum est à sanctis patribus neminem
Clericum alienum & ignotum recipi ab aliquo
Episcopo , & inthronizari in sua Ecclesia , nisi
habeat à proprio Episcopo epistolam quæ in
canonibus nominatur formata. Ideo notum
facimus paternitati vestræ quod præsens fra-

Burchard. lib.
2. c. 227.

* Leg. propter
cos qui caut.

N iij